

Philippi Melancthonis ad Sigism. Aug. Epistola Vitemberga

Ineunte Res & Clementissime Domine.

41

Nihil dubium est, societatem generis humani, quatenus conservantur, a Deo conservari, et sapientia Dei ad hanc utilitatem, Monarchias et cetera regna, quae generi humano profuerunt, constituta esse. Nam Turcicum vastatio est nobis terrarum et tantum horribilis pena, non regnum. De his tantis rebus consilium Dei considerandum est, et propter regna salutaria Deo gratias agende sunt. Fuit autem regnum Polonicum precipue salutare reliquis Europe annis iam quingentis, quia murus fuit adversus Tartaros nec bella nobis intulit. Cetera regna Germanicum et Gallicum, dum inter sese de possessione Italiae dimicant, publicae salutis defuerunt. Cum igitur regno Polonico bene merito de tota Europa singularis gratitudo debeat, oro Deum, ut servet regnum tuum et tuam majestatem. Opto etiam ut cum salutaria regna sint opera Dei et lucere in eis agnitionem Dei maxime oporteat, ut iustus regno Deus recte agnoscat et invocetur. Nec vero negari potest, magnos in Ecclesia abusus esse, quos emendari regum sapientia, Deus praecepit, cum agit: et tunc reges intelligetes. Quare quod tua regia majestas hanc curam suscipit, pie facit; Nullum Deo gratius sacrificium fieri potest, quam si instituta

et eruditorum deliberatione curarent aliqui reges
et veritatem illustrari et idola deleri et piam con-
cordiam constitui. Legimus Ory et aliorum
quorundam scripta, qui exorientem lucem
veritatis suis prestigis extinguere conatus
et idola stabiliunt. Sed sapientie tuae regiae
majestatis congruit fontes inquirere. Nos
quid doceamus ostendit confessio, in qua
summam doctrinae breviter complexi sumus.
Quare exemplum mitto, et de singulis mem-
bris me ad explicandum uberius offero.

Offero me etiam ad vera ecclesiae iudicium.

Oro autem Filium Dei, Dominum nostrum
Iesum Christum, custodem ecclesiae suae,
ut regiam majestatem tuam servet inco-
lumem et consilia tua gubernet. Data

3. Idus octobris Anno 1556.

Regiae Majestati tuae.

Infirmus servus

Philippus Melancthon.

Czop nawezamy wyprasz w wyznaczeni naszym litwie ci poro-
szam. Dopomagay sobie, do omyzrenia Wiaoy z poro-
wozlow i badwochwabstwa.